

Universitätsbibliothek Paderborn

Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In
sex partes tributæ

Qvae Considerationes De Peccatis, [et] quatuor hominis nouißimis; necnon
[et] quosdam orandi modos ... complectitur

Puente, Luis de la

Coloniae, 1611

Avtor Pio Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54597](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54597)

I

A V T O R P I O
L E C T O R I .

VONIAM Religiosorum
nostræ minimæ Societatis
IESV finis est, non solum sa-
luti ac perfectioni propriarū
animatorum cum diuina gra-
tia vacare; sed cum eadem
impensè in salutem & perfectionem proximo-
rum incumbere: mihi verò ob aduersam va-
letudinem alia ministeria, in eum finem
instituta, præstare nō licet: ne omnino vo-
cationis meæ fini deesse; librū hunc con-
scribere statui: quò eos adiuvarem, tum in
propriæ salutis negotio, qui omniū Chri-
stianorum communis est finis; tum in ex-
cellentia Euangelicæ perfectionis conse-
quenda, quæ Religiosos potissimum con-
cernit. Quamuis, cùm oēs in magna hac
Ecclesiæ domo degētes, cuiuscunque tan-
dem sint conditionis, ad eandē perfectio-
nem aliqua ratione vocati censemantur, illa
Christi sententia: a Estote perfecti, sicut Pa-
ter vester cœlestis perfectus est: ad omnes qui-
dem laborem hunc destino, ut exhibeamus
(quemadmodum Apostolus ait) b omnem
hominem perfectum in Christo IESV; sed præ-

a Mat. 5. 48.

b Col. 1. 28.

Introduc.

A

cipue

A V T O R

cipue tamen ad Religiosos , qui statūs sui
ratione, perfectionem se querere profiten-
tur: eamque oratione ac meditatione, (que
huius libri est argumentum) consequi stu-
dent. Ut hac ratione, iuxta exiguum facul-
tatem, & talentum meum, consilium illud
S. August. amplecterer. Si amatis, inquit,
Deum, rapite omnes ad amorem Dei , qui vobis
iunguntur; & eos qui in domo sunt vestra . Si
amatitur à vobis corpus Christi, id est unitas Ec-
clesiae, rapite eos ad frumentum, & dicite: Ma-
gnificate Dominum mecum, & exalteamus no-
men eius in id ipsum . Nec pusillanimes, aut
parcos in hoc munere vos præbete; sed ra-
pite quos potestis, hortando, portando, rogando,
disputando, rationem reddendo cum mansue-
tudine, & lenitate, quod eodem omnes amoris
spiritu DEVM magnificant . Diuinus enim
hic c ignis, qui nunquam dicit, sufficit, non cō-
sistit, propterea quod semel possessum à se
cor ita inflammet, vt ipsum, & quidquid
intra ipsum est, amore Creatoris sui con-
flagret; sed absque ullo inuidiæ indicio ra-
dios suos & flamas ad cognatos omnes
suos, amicos, vicinos, ad omnes denique,
qui quavis ratione ipsum contingunt, dis-
fundit: maximè tamen ad eos , qui in eadē
domo , eodem vitæ instituto coniuncti
versantur: no quis in ea sit, qui non magno-

Sorm. 3. su-
per Psal. 33.

cProuer. 30.
16.

feruo-

LECTORI.

3

feruore diligit, glorificetque Deum: ita ut
hoc igne ipsi inflammati, seu accensi, alios
inflammat; illiq; alios: quod per orbem to-
tum ignis ille dilatetur; iuxta desiderium
illud, quo Christus de cælo venit in mun-
dum, quod patefecit, cum dixit: *d ignem d Luc. 12.*
veni mittere in terrā: & quid volo, nisi ut ac- 49.
cendatur? Hic itaq; scopus meus fuit in his
Meditationibus conscribendis, quibus in
virtute Spiritus diuini, e conciliat cor no- e *Psal. 38.4.*
strum intra nos: & in meditatione nostra ex-
ardescat ignis. Earum delineationem, cum
alijs, ad fructum ex ijs capiendum, notatu
dignis, prætermittam in Introduktione,
quæ subijcietur; nominatim vero in §. eius
quarto, & vltimo. Quod si Deus, ut pro-
positum finem assequar, annuerit; Chri-
stianum Lectorem, qui huius ignis parti-
ceps fiet, obtestor, ut Psalmographi, eius-
que commentatoris S. Augustini consilium
reipsa exequatur, *laudando & magnifican-*
do Dominum mecum, cuius est totum, quod
bonum est; & contendendo, ut idem ignis
alijs quoque communicetur; quod om-
nes in uniuersum homines, qui nunc sunt,
& in posterum erunt, diligant, laudent, ac
magnificent Deum Dominum nostrum,
per infinita secula seculorum. Amen.

a 2 IN-